PRIVILEGIO 20/12/1480 di Giov. Galeazzo Maria SFORZA VISCONTI duca
CAMPUGNANI PRINCIVALLE
confermato ai figli PIETRO GIORGIO e GEROLAMO

(14)

LUDOVICUS MARIA Sfortia Anglus Dux Mli 2c
Pappie Anglerieq Comes ac Genue et Cremone Dominus.
Si nulla beniuolentie argumenta Ill.morum quondam Parentum
nostrorum extarent in Spectabilem quondam Princiuallum Campugnanum
ob merita in eos sua possemus quidem nos testari ipsos et
singulari beniuolentia eum prosequutos et cupidos fuisse beneficij
eius et filiorum suorum quandoquidem probe nouerimus amorem
quo eum prosequebantur sed cum ipsi quibusdam in eum
collatis beneficijs et donationibus manifestum id facere
voluerint ratumq et firmum id habuerint predecessores alij
nostri non solum nos pariter ea confirmare sed et augere
intendimus ob fidem et studium singulare nobis virorum
Petri georgij et Hieronymi fratrum filiorum quondam dicti
Princiuallis in nos et res nostras. Cum ergo rerum donatarum
et Confirmatarum mentio fiat in litteris subsequentis tenoris vz.
Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani
2c. Pappie Anglerieq comes ac Genue et Cremone Dominus:
Infractas olim sub pretextu bone Justeq cause Concessiones
Immunitates et Priuilegia quibus ob fidelem ac Prestantem
operam et egregia merita donatus ab Ill.mis Principibus
auo auia et Patre nostris fuerat spectabilis vir Princiuallus
Campugnanus si postea diligentius cognitis rebus refirmauimus
ac omnia integra restituimus vt constat nostro publico diplomate
Mli Datum die secundo et vigesimo Decembris 1480, Sed cum

nunc mortuo ipso Princiuallo nonulla ex his priuilegys et
indultis noua Concessione Indigere Videantur Vt ad filios
et descendentes transeant sicuti et longa ipsius Princiualli
seruitus posit et nuper supplicauerunt nobis Petrus georgius
et Hieronymus eius fily ac heredes contenti fuimus ea
omnia in ipsos fratres in hunc modum ac sensu refficere
Vz Datium incantum et redditum Daty statere alij curatione
monete seu Cecbe eiusdem Vrbis Exemptionem generalem
omnium bonorum suorum tam pntium q futurorum massariorum q
ac Colonorum fictabilium et molandinariorum suorum et spetialem
de Hospitio lambrate et Vsum aque fluminis olone pro
ipsis fratribus et eorum filys ac descendentibus, offitium aute
notarie Ciuilis Vicomercati et Vicariatus cum monte briantie
nostri ducatus mli pro ipsis fratribus Petro georgio et
Hieronimo ac Dum deinde post eos ad nostrum beneplacitu
et sic Vigore pntium ex certa scientia et motu proprio
et de nostre potestatis plenitudine etiam absolute supra
nominata priuilegia confirmamus ipsis fratribus et quatenus
opus est de nouo concedimus et Impartimur Vt supra est
destinctum cum omnibus eorum Iuribus pertinentys fructibus
redditibus prebeminentys Vtilitatibus et emolumentis que
nos primo deinde eorum Patre de Cuius fide ac deuotione erga
nos statumq nostrum nunq dubitauimus ac post cum ipsi
fily percipere atq habere Consueuerunt ac quo ad reliqua
in omnibus et per omnia prout ad litteram Iacent priuilegia
ipsa Supplentes ex eadem nostra potestate deffectum —

cuiuslibet solemnitatis que hac in re seruanda fuisse dici
vel allegari posset Nam ne quid huic nre voluntati nocere
vel obstare posset derogamus etiam omnibus decretis,
statutis, ordinibus legibus, Edictis Institutionibus,
moribus, ac quibusqz in contrarium facientibus ac
decreto in primis anni 1423 promulgato sexto die
mensis octobris q Incipit prouidere volentes et illi
quoq q Calendis septembris eiusdem anni 1423 editum
post ducalem titulum hec prima verba habet apriscis
statibus ac ceteris Itemqz eam vim haberent vt
peculiari mentione Indigerent Mandantes regulatori et
magistris Intratar utriusq fisci nostri ac thesaurario
generali et ceteris offitialibus et magistratibus nostris
pntibus et futuris ad quos spectet et spectabit vt has
nostras noue confirmationis et Indulti lras diligenter
obseruent hac ac re ipsa Inuiolabiliter obseruari faciant
in quor omnium fidem et testimonium pntes lras
fieri Jussimus atq registrari et nri pendentis sigilli signo
muniri Dat Vigleuani die x.^mo mensis octobris 1488
Carolus Jo Galeaz dux Mli B. Chalcus: Nos no solu
in ipsis lris contenta de verbo ad verbum prout Jacent
per has nostras ex certa scientia ipsis Petro georgio
et Hieronimo Confirmamus et approbamus sed denuo
ea ipsis fratribus si opus est concedimus et libenter
elargimur Illud addentes vt vbi donatio offitii &
Vicomercati et Viacariatus montis briantie tantum

sed se extendit in dictos fratres nunc et in futurum —
Intelligatur et Intelligi debeat pro dictis fratribus et
filijs et descendentibus suis masculis et legittimis et
ita ipsum offitium in dictos fratres pro se et filijs
et descendentibus utsupra Confirmamus et ellargimur
lrasq. et nostras eisdem Concessas sub anno 1491 et die
21 february licentie et facultatis eorum loco subrogandi alium ad
dictum Curationis monete offitium exercen. prout Jacent —
approbamus et confirmamus: Mandantes Magistris
Intratar. nostrar. et ceteris offitialibus et subditis
nostris ad quos spectat et spectabit ut has nostras noue
confirmationis et donationis lras obseruent et faciant
inuiolabiliter obseruari. In quor. testimonium pntes
fieri et Registrari jussimus nriq. sigilli impressione
muniri. Dat. Mediolani die xxv. May M CCCC°lxxxx
quinto. Branda et Ambrosius reuiderunt. Carolus B. Chalcus
Consignata et pntata Mag.cis Dnis Comissarys deputatis
die xviiij° Aprilis 1514 A. Rorascius Registrata ad Cameram offitiy
referen. D. et Comis. Mli in libro Incantuum Datior.
et deliur. anni 1494 pro 1495 in fo. 115 attergo A.
et sigillat. sigillo penden. in cera alba more solito